



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtrum incestus quo cognoscit quis sororem vxoris su[æ], matrimonium
dirimat? 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

perpetuum ad hoc quod matrimonium tollat.
Ad quartum dicendum, quod hoc impedimentum
reducitur ad errorem: quia utrobique est defectus
consensus ex parte rationis.

ARTIC. IV.

*Viram incestus, quo cognoscit quis sororem uxoris
sue, matrimonium dirimat?*

242

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod ince-
stus, quo quis cognoscit sororem uxoris sue,
matrimonium non dirimat: quia mulier non debet
puniri pro peccato viri. Sed puniretur, si matrimo-
nium solueretur. Ergo, &c.

*toto titu.
de eo, qui
cognovit
cōsanguineā uxoris
sue.*

¶ 2 Præterea, Plus peccat qui propriam consan-
guineam cognoscit, quam qui cognoscit consanguineam
uxoris. Sed primum peccatum non impedit
matrimonium. Ergo nec secundum.

¶ 3 Præterea, Si in pœnam peccati hoc infligi-
tur, videtur etiam si mortua vxore cum alia contra-
hit incestuosus, quod separari debeant: quod non
est verum.

¶ 4 Præterea, Hoc etiam impedimentum non
connumeratur inter alia supra enumerata. Ergo
non dirimit contractum matrimonium.

9. 50.

SED contra est, quod per hoc quod cognoscit so-
rorem uxoris, contrahitur affinitas ad vxorem. Sed
affinitas dirimit matrimonium contractum. Ergo &
incestus prædictus.

¶ Præterea, In quo quis peccat, in hoc punitur.
Sed talis peccat contra matrimonium. Ergo debet
puniri quod matrimonio priuetur.

RESPONDEO dicendum, quod si aliquis cogno-
scit sororem, aut aliam consanguineam uxoris sue
ante matrimonium contractum, etiam post sponsalia
debet matrimonium separari ratione affinitatis con-
tractæ. Si autem post matrimonium contractum &
consummatum, non debet totaliter separari matri-
monium: sed vir amittit ius perendi debitum, nec
peccat sine peccato petere. Sed tamen debet reddere
peten-

*li. 4. s. 12.
d. 34. q. 2.*

petenti, quia vxor non debet puniri de peccato vi-
ri. Sed post mortem vxoris debet omnino manere,
absque spe coniugij, nisi cum eo dispensetur, propter
fragilitatem suam *, cum timetur de illicito coitu. Si
tamen præter dispensationem contrahat, peccat con-
tra statutum Ecclesie faciens, nõ tamen propter hoc
matrimonium dirimendum est aut separandum.

Et per hoc patet solutio ad obiecta: quia incestus
ponitur matrimonij impedimentum, non tam ratione
culpæ, quam ratione affinitatis, quam causat: & idẽ
etiam connumeratur alijs impedimentis, sed in im-
pedimento affinitatis includitur.

ARTIC. V.

Vtrum defectus ætatis impediatur matrimonium?

243
Tho. 4. d.
36. q. uni
ca, ar. 5.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quod defe-
ctus ætatis non impediatur matrimonium. Secun-
dum enim leges pueri accipiunt tutorem vsque ad
viginti quintum annum. Ergo videtur, quod vsque
ad tempus illud non sit confortata ratio ad con-
suetum: & ita videtur quod illud debeat esse tempus sta-
tutum ad matrimonia ineunda. Sed ante tempus il-
lud, matrimonium potest contrahi. Ergo defectus æta-
tis ætatis non impedit matrimonium.

¶ 2 Præterea, sicut vinculum religionis est per-
petuum, ita & vinculum matrimonij. Sed ante de-
cimum quartum annum non possunt facere professio-
nem, secundum nouam constitutionem. Ergo non
matrimonium contrahere, si defectus ætatis mat-
rimonium impediret.

¶ 3 Præterea, sicut consensus ad matrimonium
requiritur ex parte viri, ita ex parte vxoris. Sed mu-
lier ante decimum quartum annum potest contrahere
matrimonium. Ergo, & vir.

ar. 1. hu-
ius quest.

¶ 4 Præterea, * Impotentia coeundi, nisi sit per-
petua, & ignorata, non impedit matrimonium. Sed
defectus ætatis non est perpetuus nec ignoratus. Ergo
non impedit matrimonium.

¶ 5 Præterea, Non continetur in aliquo præ-
dictorum

horum
matrim
SE
non pe
nio. 3
bus) no
lum di
¶ P
est ter
tur cum
bere de
pediaru
RESI
fuit per
eis possi
secundu
tempus
nisi suffi
reddere
fata su
paribus
femina
cepta iu
est, si x
predicte
tionis, d
dillo lue
heretatis
palati
dissolubi
Ad pr
tura in
debera
matrimo
quam pe
pertraçt
Et fin
quia vo